



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. De Verbo Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

tium, permissus est Domibus Professis  
 y P. 6. c. 2. §. hortus suburbanus, in quem illi se recipiant.  
 5. y De Exercitiis, quatenus Externis tradenda sunt, agetur infra Part. 5. C. 1. Sect. 8.

## S E C T I O II.

## De Verbo Dsi.

Lectio spiritualis.

z C. 7. D. 25.

§. 3. & R. com.

1.

a Cl. c. 3. §. 6.

7.

b P. 3. c. 1. §.

5. & E.

c C. 8. D. 47.

Litera Anna.

1. **L**ectio spirituali designatus est quædrans integer ante Examen vespertinum. z Extraordinaria etiam ad renovandum spiritum commendatur. \* Eadem adhibeatur in mensa, ut dum corpus edendo reficitur, sua etiam animæ refectio tribuatur, libro aliquo pio potius, quam difficili: vel id temporis aliquis concionabitur; aut literæ, quæ ad ædificationem faciunt, legentur. b Videndæ Regulæ Præfecti Lectorum ad mensam in Cod. Reg. pag. 225. ubi distinctè traditur legendorum Librorum distributio, & alia in hanc rem. Martyrologium verò insequentis diei, quod olim vesperi legebatur, jam manè legendum est. c

2. Literæ autem proximè indicatæ sunt potissimum, quæ continent virtutes & gesta Nostrorum, & spargi per Societatem debent. Id autem ut ordine fieret, quartæ cujusque

cujusque mensis initiis bina exempla hujusmodi literarum vernaculâ, & latinâ lingua mittenda erant ad Provinciale, & Generalem, ut aliàs præscriptum est. *d* Sed excreſcente nimium quadrimeſtrium literarum numero, placuit annuas tantum eſſe; & exempla totidem fieri, quot nationes P. Generalis deſignaviſſet. *f* Contractæque iterum ac poſtremò ſunt; ut ſingulæ è ſingulis Provinciis in urbem mitterentur: ubi per aliquem è Patribus, alendum in Collegio Romano communibus expenſis, ex illis confeſtæ aliæ literæ ad Provincias permearent; atque ad minuendas expenſas imprimerentur. *g* Diſtinctius hæc habes in Cod. Reg. pagin. 164. ubi in formula ſcribendi, de annuis literis ſcribendis, contrahendis, mittendis plura conſtituuntur; Et quo pacto Secretarius Societatis illas curare debeat, habes c. 9. Regularum ipſius. Illud poſtremò monemur; ne ulli Externo, quavis occaſione, hæc literæ communicentur. *h*

3. Singulis, vel alternis hebdomadis exhortationem Noſtris, vel Superior ipſe faciet, vel aliquis alius, qui rationem noſtri Inſtituti benè teneat: in qua agatur de Obſervatione Conſtitutionum, & Regularum, de caritate, humilitate, & aliis

Q vir-

*d* P. 8. C. 1. §. 9. & M.

*e* C. 2. D. 37.

*f* C. 2. D. 54. §. 1.

*g* C. 4. D. 38. & C. 7. D. 19.

*h* Or. c. 4. §. 11.

Exhortationes  
& Conciones.

i P. 3. c. 1. §.  
21. & 28. &  
R. Præp. 25  
& Rect. 24.  
& C. 6. D.  
40. §. 3.

l Cl. c. 3. §. 1.  
& 5.

m P. 3. c. 1. 8.  
& R. Conc. 13.

n R. com. 2.

virtutibus: tametsi exhortationis loco spiri-  
tualis collatio eisdem de rebus aliquando  
haberi potest. Commendatur autem, ut  
hujusmodi exhortationes seriæ sint, & cor  
ipsum petentes; l Minimè verò attingant  
reprehensionem alicujus particularis, vel  
ipsius Societatis. m Præterea omnes con-  
cionem, lectionem, ve. sacram, cum in  
Templo nostro habebitur, audiant. n

### S E C T I O III.

#### De Sacramentorum Usu.

Confessio quàm  
frequens.

o P. 6. c. 3. §. 2.  
p Ex. c. 4. §.  
25. & P. 1. c.  
1. §. 11. & Q  
& P. 4. c. 4. §. 3.  
& 4. R. & com.  
3 & R. Min. 9.

q R. Sac. 3.

Cui faciendæ.

r Paul. III.  
P. 41.

1. S Ed potissimum adjumentum spiri-  
tualis profectus est usus Sacramen-  
torum, quorum frequentatio commenda-  
tur. o Et Confessio quidem debet usurpari  
saltem octavo quoque die ab omnibus: &  
ad eam intra designatum tempus non acce-  
dentibus subtrahatur cibus corporis, donec  
cibum spiritus sumant. p Sacerdotes verò  
debet sæpius in hebdomada confiteri. q

2. Confessio autem fieri debet vel pro-  
prio Præposito, vel ab eo deputatis; nisi  
super hoc à dicto Præposito alium Confes-  
sarium eligendi facultas habeatur. r Cete-  
rum Confessarius sit unus omnium. Quod  
si fieri non potest; quisque certè suum sta-  
bi-